ac bona sua quo ad actum praesentem attinet incorporavit et inscripserat. publice pa[la]m

592 recognovit, Quia Nobili Marianae consorti Honesti Lenczynski filii Nobilis Andreae [illegible] de villa Borzynowice et eius successoribus triginta floren. pecuniae monetae et numeri Polonicalis currentis veri et liquidi debiti [illegible] tenetur et est debitor, quibus se et bona sua quaecunque per omnia bona sua obligat et inscribit eis Marianae ac posteris eius pro terminis [illegible] Premisliensis seu Actorum eorundem terminorum Premisliensium positionis proxime ab hinc primis et proximis post festum Nativitatis Domini Dei et Beatae Virginis Mariae [illegible] venturis celebratis dare solvere realiter ac cum acta paratim reponere relinquere, nec iterum ab eodem officio extradere sub vadio similis summae triginta flor. pecuniae in casu non solutionis summae praefatae essentialis pro die et tempore solutioni assignato ad solvendum irremissibiliter et de facto succumbendo, quod vadium nullo decreto officii intervenientium, solummodo vigore inscriptionis praesentis mox eadem die solutioni assignata cedet ac converti debebit in summam Capitalem et essentialem debitam, sic summa praedicta cum vadio iuncta in et super omnibus et universis bonis mobilibus et immobilibus extendi debet. Insuper idem recognoscens se ac suos successores suos bona sua [illegible] inscribit et obligat praesentem inscriptionem ex actis Actorum ad acta terrestria Premisliensia ante terminum eorundem transferre transportare sub vadio similis summae essentialis triginta flor. pecuniae. Pro quibus quidem vadiis et summa de facto transgressis quotiens se praefatus recognoscens cum posteritatibus suis eius Marianae ac successoribus citare praemiserit, totiens coram officio praesenti Castrensi Premisliensi foro quovis proprio et iuridice competenti obmissis iurisdictioni praesenti in toto quo ad respondendum se successoresque suos ac bona sua incorporavit, in primo citationis termino peremptorio stare parere iudicare ac praefato vadio cum summa essentiali iuncta in ipsa satisfacere tenebitur et eius successores tenebuntur, Terminumque primum et alios subsequentes nullis modis dilationibus differendo, legalibusque aliquibus impedimentis se non tuendo, a decretis quibuscunque in accessorio et principali negotiis latis et factis, nullas motiones et appellationes faciendo, et ad eas quasi quandoque admittendo poenam bannitionis et triplicis poenae vadium et vadia non evadendo. Ad quietationem de praesenti inscriptione dilationem non petendo. Quae nihil eorum quae humana industria parantur, sive illud sit inventum in Auxilium sibi contra praesentem inscriptionem cito tam ex cauthela [illegible] defensoris recipiendo, sub suorum successorum amissione totius causae, necnon citationem [illegible] vadii et vadiorum. Quo [illegible] quibus solutis utique inscriptione praesenti et omnibus in ea contentis totiens quotiens opus fuerit idem recognoscens cum suis successoribus satisfacere tenebitur, Nulla praescriptione [illegible] obstante. Quod nomini alii firmatum est.

Idem cum Zosanski

Comparens personaliter coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Premisliensibus Nobilis Hieronimus [illegible] Zosanski mente et corpore sanus existens A [illegible] foro suo quibusvis propriis renuntiando praesenti tamen iure et iuridice Castrensi Premisliensi quo ad actum praesentem inscriptionis attinet incorporavit et inscripsit publice praesenter recognovit, quod Nobili ac Religioso Stephano Zosanski [illegible] in villa [illegible] Ecclesiae kathedralis ad Capitulum eiusdem pertinentis Generoso Magnifico Joannis Hubert de [illegible] Castellani Sanocensis et Capitanei Premisliensis, et eius successoribus quadraginta flor. pecuniae monetae polonicae numeri triginta grossis computando pro re

minis terminis Premisliensibus qui primis et proximis celebrabuntur post festum [illegible] [illegible] Sancti Jacobi Apostoli seu Actorum eorundem terminorum Premisliensium positionis, dare solvere ac cum acta paratim reponere relinquere, Nec iterum ab eodem officio extradere sub vadio similis summae quadraginta flor. pecuniae in casu non solutionis summae praefatae essentialis pro die et tempore solutioni assignato ad solvendum irremissibiliter et de facto succumbendo, quod vadium nullo decreto officii intervenientium solummodo vigore 593

inscriptionis praesentis mox eadem die solutioni assignata cedet ac converti debebit in summam Capitalem essentialem debitam, sic summa praedicta cum vadio iuncta in et super omnibus et universis bonis mobilibus et immobilibus extendi debebit. Insuper idem recognoscens se ac suos successores suos omnia bona sua inscribit et obligat praesentem inscriptionem ex Actis Actorum ad acta terrestria Premisliensia ante terminum eorundem transferre transportare sub vadio similis summae essentialis quadraginta flor. pecuniae. Pro quibus quidem vadiis et summa de facto transgressis, quotiens se praefatus recognoscens cum posteritatibus suis Stephano Zosanski ac eius successoribus citare permiserit, totiens coram officio praesenti Castrensi Premisliensi, foro quovis proprio et iuridice competenti obmisso, et iurisdictioni praesenti in toto quo ad respondendum se successores suos ac bona sua incorporavit, in primo citationis termino peremptorio stare parere iudicare, ac praefato vadio cum summa essentiali iuncta in ipsa satisfacere tenebitur ac eius successores tenebuntur Terminumque primum et alios subsequentes nullis modis dilationibus differendo, legalibusque aliquibus impedimentis se non tuendo, A decretis quibuscunque in Accessorio et principali negotiis latis et factis, Nullas motiones et appellationes faciendo et ad eas quasi quandoque non admittendo poenam bannitionis et triplicis poenae vadium et vadia non evadendo, Ad quietationem de praesenti inscriptione dilationem non petendo. Quae nihil eorum quae humana industria parantur, sive illud sit inventum in Auxilium sibi contra praesentem inscriptionem cito tam ex cauthela ac eorum defensoris recipiendo, sub suorum successorum amissione totius Causae necnon citationem vadii et vadiorum, quibus quibus solutis utique inscriptione praesenti et omnibus in ea contentis totiens quotiens opus fuerit idem recognoscens cum suis successoribus satisfacere tenebitur, Nulla praescriptione [illegible] obstante. Quod nomini alii firmatum est.

Slirniczka cum Zarembowski

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Premisliensibus Generosa Anna [illegible] relicta olim Generosi Stanislai Słomiński [illegible] terrae Premisliensis domina [illegible] et [illegible] bonorum morte olim praefati Stanislai Słomiński [illegible] A iure foro suis propriis quibusvis renuntiando, Quae praesenti iuri iuridicoque quoad actum praesentem Castrensi inscriptionis attinet incorporavit et inscripsit publice palam personaliter recognovit, quia Nobili Helenae Zarembowska relictae olim Nobilis Laurentii Zarembowski et eius successoribus tenetur et est debitrix Centum flor. pecuniae monetae polonicae quemlibet flor. triginta grossis polonicalibus computando pro die [illegible] festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proximo, dare solvere, ac cum acta paratim reponere, relinquere, nec iterum ab eodem officio extradere, sub vadio similis summae Centum flor. pecuniae monetae polonicae in casu non solutionis summae praefatae essentialis pro die et tempore solutioni assignato ad solvendum irremissibiliter et de facto succumbendo quod vadium nullo decreto officii intervenientium, solummodo vigore inscriptionis praesentis mox eadem die solutioni assignata cedet et converti debebit in summam Capitalem essentialem debitam, sic summa praedicta cum vadio iuncta in et super omnibus bonis suis [illegible] mobilibus et immobilibus, summis pecuniarum [illegible] extendi debet. Insuper eadem recognoscens se ac suos successores bona sua [illegible] et obligat, mobilia et immobilia [illegible] obligat, inscribit praesentem inscriptionem ex Actis Actorum ad acta terrestria Premisliensia ante terminum eorundem transferre transportare sub vadio summae similis essentialis Centum flor. pecuniae monetae et numeri polonici. Pro quibus quidem vadiis et vadiis de facto transgressis quotiens se praefata recognoscens cum posteritatibus suis eidem Helenae Zarembowska ac eius successoribus citare permiserit, totiens coram officio praesenti Castrensi Premisliensi, quovis foro proprio et iuridice competenti obmisso, iurisdictionique praesenti in toto quo ad respondendum se